Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0002-0

# QVAESTIO
# IVRIS CONTROVERSI
AN
RENVNCIATIONE SIMPLICITER FACTA *bis auf den ledigen Anfall* SI FRATRES QVI PACTI TEMPORE EXISTEBANT NVLLIS MASCVLIS SED TANTVM FILIABVS RELICTIS DECESSERINT, FILIAE HAE, AMITAE RENVNCIANTI IN PORTIONE QVAM FRATRIBVS CESSIT IMPEDIMENTO ESSE POSSINT?

441 9
1792 73

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

PERMISSV
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE
D. THEODOR KRETSCHMANN
DEFENDET
D. APRIL. CIↃIↃCCLXXXXII.
GEORG CHRISTOPH ROTH
WEISSENBVRG - NORDGAV.

IENAE,
EX OFFICINA STRANCKMANNIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0003-6

§. 1.

Cum praesertim meum est, materiam quandam juridicam publice defendere, praecipue mihi placuit, quaestionem iuris contro versi: AN RENVNCIATIONE SIMPLICITER FACTA *bis auf den ledigen Anfall* FRATRES QVI PACTI TEMPORE EXISTEBANT, NVLLIS MASCVLIS SED TANTVM FILIABVS RELICTIS DECESSERINT, FILIAE HAE, AMITAE RENVNCIANTI IN PORTIONE QVAM FRATRIBVS CESSIT, IMPEDIMENTO ESSE POSSINT? paullo proprius investigare, praecipue cum opiniones quas *Putter a)*, *Runde b)*, *Hommel c)*, *Fiſcher d)*, *Bocris e)*, *Dahm f)*, *Hahn g)*, *Beſſerer* sive *Rudolph h)*, *de Bode i)*, *de Boſtell k)*, *Funck l)*, *Hellfeld m)*, fovent, non tanti ponderis esse mihi videntur, ut ab illis me convinci patiar. Argumenta vero, quae a *Kellenbenz n)*,

*Breulaeus* o), *Dalner* p), *Leucht* q), *Fromman* r), *Gundling* s), *Cramer* t), in hacce materia proferuntur, non adeo ſunt detrita, ut non ſpicilegium poſt meſſem inſtitui poſſet.

a) *I. St. Pütter* de iure feminarum adſpirandi ad Fideicommiſſa familiae et de earum renunciatione quae fit extincta iam ſtirpe maſcunlina vulgo *nach dem ledigen Anfall.* Marburg 1748.

b) *I. F. Runde Grundſätze des allgemeinen teutſchen Privatrechts.* Göttingen 1791. §. 664

c) *Ferd. Hommel* Rhapſodia quaeſtionum Vol. VI obſerv. 753.

d) *F. C. I. Fiſcher Verſuch einer Geſchichte der teutſchen Erbfolge* 1778.

*Deſſelben Geſchichte der Erbfolge der Seitenverwandten.* Leipzig 1782 § 38. 39. 46.

e) *Bocris* Diſs. ſiſtente larvam renunciationibus filiarum illuſtrium et opinioni deſuper licet communi detractam. Bamberg. 1750.

f) *Dahm* Diſs. de dote filiarum illuſtrium. Mainz 1753.

g) *I. Ph Hahn* de excluſione filiarum illuſtr. ab allodio vana ex renunciat. petenda. Mainz 1755.

h) *Beſſerer* ſive *Rudolph* de eo quod iuſtum eſt circa renunciat: filiarum nobilium. Erlang. 1758.

i) *de Bode* in opuſc. de ſucceſſione Gentilitia vulgo der *Stammsfolge* ratione principatuum

patuum etc. ex regula obtinente. Goetting. 1750.

k) *I. D. de Boſtell* Diss. de origine renunciat. filiar. illustr. ex diplom. medii aevi eruta. Giesae 1766.

l) *D. I. Funck* in Scrutinio Phantasmatis de renunciatione Filiar. illustrium. Arg. 768

m) *B Gott. Huld. Hellfeld.* Diss. de Fideicommisso famillarum illustrium eorumque si alienata sunt revocatione. Ienae 1779. §. XIII.

n) *Barth. Kelienbenz* de renunciatione Successionum, qua magnatum, illustrium atque nobilium familiarum foeminae fratribus et proximioribus suis agnatis successionem paternam, maternam, fraternam vel aliam quamcunque, familiae decus ut inde auctius et stabilius reddatur, sollenniter et spontanie cedunt, cum notis *Schilteri.* Arg. 1701.

o) *Henr. Braeuleus* de renunciandi recepto more modoque- Arg. 1701.

p) *Andr. Dalner* Tractatus de variorum iurium renunciationibus. Argent. 1701.

q) *Chriſt. Leonh. Leucht* additiones ad Andr. Dalneri Tractatum de variorum iurium renunciationibus in Schilteri tractat. praecip. de Renunciationibus. Arg. 1701.

r) *I. Andr. Frommann* Diss. de existentia conditionis pacti renunciatae haereditatis reservatiu *von Ergebung des sogenannten, ledigen Anfalls.* (in *Schilt.* tract. cit.)

s) *Nic. Hieron. Gundling* de renunciatione ſiliar. illustr. Halae 1729.

 t) *I.*

t) *I. Ulr. Cramer* Iura de pacto haereditario renunciativo filiae nobilis a diſſenſu doctornm liberata. Marb. 1733.

*Eiuſd.* obſerv. iur. uniu. T. I. O 23. O. 113. O. 270. T. III. O. 785. 786. 789 790.

*Eiusdem Wetzlariſche Nebenſtunden.* P. XVIII. p. 13. P. XXV. p. 47. et 62. P. XXVII- pag. 80.

praeterea ſunt notatu digni.

*N. A. Beyer* de renunciatiationibus filiarum illuſtrium. Heid 1717.

*Nic. Hieron. Harpprecht* de regreſſu ad bona ab illuſtribus praecipue filiabus renunciata in caſu ſtemmatis prorſus ſublati vel re vel ſolum apparenter praecluſo. Tub. 1711.

*Henr. Cocceii* D. de renuntiationibus et reſervationibus filiar. illuſtr. Francfurt. 1754.

## §. 2.

Uti maiores noſtri a TACITO, MELA, STRABONE, SENECA deſcribuntur, erant bellicoſi et a libertatis genio animata natio. *Armis innaſcuntur innutriunturque, quorum unica cura eſt, alia negligentibus a). A parvulis labori ac duritiae ſtudent b). In omni domo nudi ac ſordidi in hos artus, in haec corpora, quae miramur excreſcunt c). Maximo frigore nudi agunt, antequam puberes ſint et longiſſima apud eos pueritia eſt d). Teucteri ſuper ſolitum*

*litum*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0008-4

*litum bellorum decus equeſtris diſciplinae arte praecellunt. Sic inſtituere maiores, poſteri imitentur. Hi luſus infantium, haec iuvenum aemulatio, perſeverant ſenes* e).

a) Seneca. Lib. l. de ira C. XI.

b) Caesar de bello Gall. L. VI. c. 21.

c) Tacitus de Morib. German. c. 20.

d) Pompon. Mela de situ orb. Lib. lll. c. 3.

e) Tacit. l. c. c. 32.

## §. 3.

*Conſtitutum vero erat, ut ſecundum antiquam conſuetudinem praeparatio ad hoſtem facienda indicetur et obſervetur, id eſt victualia de Marcha ad tres menſes, et arma et veſtimenta ad dimidium annum conſerrent a).* Qua ratione deinde milites certis quibusdam emolumentis fruebantur. Divisa enim erat capta ab hoste praeda, aequalibus partibus inter regem et comilitones *b*) et aeque per sortem occupatus fundus partitus est, ex quo originem ceperunt decantatae sortes illae *Salicae*, *Romanae*, *Gothicae*, *Burgundicae etc. c*).

a) Carol, M. C. ll. ad ann. 812. Capit. L. lll. c. 74.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0009-3

b) Gregor. Turon. Hist. Lib. II. c. 27. „Rex ait nuncio, sequere nos usque Suessionias, quia ibi cuncta, quae acquisita sunt dividenda erunt. Cumque mihi *vas illud ſors dederit* quae Papa poscit, adimpleam.

c) *G. Chr. Gebauer* Vestiga iur Germ. antiquiss. Diss. I. de regio apud Germ nomine et diss. II.

N. A. Gundling. P. III. n. 2. p. 295.

Eccard Comm. ad Leg. Salicam 14 adpend.

## §. 4.

*Primaevo quidem nec quisquam agri modum certum aut fines proprios habuit, ſed magiſtratus ac principes in annos ſingulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierant, quantum eis quo loco viſum eſt, attribuerunt agros* a), ita ut olim agrorum ususfructus gentibus, familiis et cognationibus esset communis. Sed longa alia est ratio harum sortium quae ad placitum dividebantur, et quarum portionem singuli de domo accipiebant, cum plenissima disponendi facultate b), ita ut *condomininm* bonorum *ſomniatum* exinde iam refutetur, nisi contrarium ex ipsa militiae institutione a Carolo M. facta, quae singulos homi-

homines liberos ad militandum vocat, nec ullam familiae aut agnatorum mentionem facit, iam aperte constaret b).

a) L. Salic. tit. 49.

L L. Angl T. 13.

L L. Ripuar. tit. 59. n. 6. 7. tit. 47. tit 48.

L L. Rotharis. n. 168.

L L. Wisigoth. L. IV. tit. 5.

b) *I. C. H. Richter* tentamen theoriae de fideicommissis familiarum illustrium et nobilium Germaniae ad habitum et mores hodiernos spectatae. Mogunt. 1790.

§. 5.

*Sortis* autem nomen bona immobilia tam diu retinuerunt, quam diu penes primum adquirentem existebant a). Quam primum vero mortuo illo haeres illam acquisivit nomine *alode*, *alode terrae*, *terrae aviaticae* insigniebantur b). Reperiuntur itaque ista aetate duo immobilium genera *sortes* nempe et *bona haereditaria*, quibus addi potest tertium genus, *bona adquisita* c). Quae quidem bona haereditaria pro lubitu absque ullo ab haeredibus requisito consensu facile alienari posse, leges antiquissimae



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0011-0

nos docent d), si tres gentes *Saxones* nempe *Oſtgothes* et *Burgundiones* e) excipias. Omnia bona igitur sortes, haereditaria seu avita, et bona adquisita alienationi subterfuisse satis constat et perperam condominium tanquam fons successionis ex illis eruitur. Sane majores nostri praeter successionem, quam jus sanguinis et militiae praescripsit aliam ignoravere. Ita etiam foeminarum cxclusio non ubique erat recepta f), quamquam militia tam in sortibus, quam in bonis haereditariis suam nonnullis in provinciis exseruit vim g). Quod vero attinet ad successionem in bona adquisita foeminae fere ubique admittebantur, sit etiam non ubique aequo cum masculis Iure h).

a) Leges Burgund: Tit. 78. et 74. Unde dicuntur *terrae ſortis*, *terrae*, *terrae ſortis titulo adquiſitae*, *terrae ſortis jure poſſeſſae.*

b) L. Salica. T. t. 62. n. 6.

c) Ad nuntiat: Ludov. Reg. c. *6.* apud Baluz. T. ll. pag. 144. *Et illorum alodes de haereditate et de conquiſitu, et quod de* donatione nostri senioris habuerunt. Idem hoc quod nostris temporibus efferunt, *Erbe, Eigen, Lehen.*

d) Prae-

d) Praecipue hocce argumentum fluit ex formulis quas Marculphus aliique produnt, venditionum, et distractionum, LL. *Anglorum* Tit. 13. *Libero homine liceat haereditatem ſuam cui voluerit tradere.*

*LL. Ripuariorum* Tit. LIX. n. 1 *Si quis alteri aliquid vendiderit et emtor teſtamentum venditionis accipere voluerit in mallo hoc facere debet.* n. 7 *quod de venditione conſcripſimus hoc et de donatione conſtituimus. Hoc autem conſtituimus, ut quicunque in cauſa victor extilerit ſemper judicium conſcriptum accipiat, aut teſtes.*

LL. *Alamanorum tit. 9. Si qui fratres poſt mortem patris eorum aliquanti fuerint dividant porttonem patris eorum. Dum hac uon fuerit factum nullus rem ſuam diſſipare faciat usque dum aequaliter partiant.*

LL. Bajuariorum Tit. I. *Si quis liber perſona voluerit et dederit res ſuas ad eccleſiam pro redemtione animas ſuae licentiam habeat* de *portione ſua.* Tit. XV. C XII. *Qutdquid vendiderit homo, aut comparaverit qualemcunque rem, omnia ſint firmata aut per teſtes aut per chartas, qui hac probare poſſunt, hoc eſt, de mancipiis,* de *terra, caſis* vel *ſylvis, ut poſtea non ſit contentio.* Tit. XVII. c. II. *De his qui proprium alodem vendunt vel quascumque res, et ab emtore alter abſtrahere voluerit, et ſibi ſociare iu patrimonium, tunc dicat emtor ad venditorem: terram aut quaecunqne fuerit res abſtrahere mihi vult vicinus meus aut quis fuerit: etc.*

LL. Rotharis n. 168. *Nulli licet ſine certa culpa filium exhaeredare, nec quod ei debetur, per legem alii thingare.*

LL Luitprandi L c. VI. *Si quis liber Longobardus ut habet caſus humanae fragilitatis aegrotaverit quamquam in lectulo jaceat, poteſtatem habeat, dum vivit et recte loqui poterit, pro anima ſua judicandi vel diſponendi de rebus ſuis, quomodo aut qualiter fuerit et quod judicaverit, ſtabile debeat permanere.*

LL. Wisigothorum L. IV. Tit. V. C. 1. Ideo observata *legis illius ſententia qua pater vel mater avus ſive avia in extraneam perſonam facultatem ſuam conferre ſi voluiſſent etc.* ista magis servetur a cunctis moderata censura, qua nec parentibus nec avis adimatur judicandi de rebns suis ex toto licentia, nec filios aut nepotis a successione avorum vel genitorum ex omnibus repellat indiscreta voluntas.

e) Jensen de libera bona avita alienandi facultate C. II. §. 10.

f) LL. Wisigothorum. *Si pater vel mater inteſtati diſceſſerint, tunc ſorores cum fratribus in omni parentum facultate absque alio objectu, aequali diviſione ſuccedant.*

g) LL Ripuor tit. 56. n. 4. Sed cum virilis sexus extiterit foemina in haereditatem aviaticam non succedat.

h) I.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0014-7

b) I. C. H. Dreyer de inaequali musculorum et foeminarum sec. jura Cimbrica succesſione ſ. 6. ſqq.

## §. 6.

Sub Merovingicis migrationes populorum teutonicorum desierunt, qui sibi sedes iam fixerant, et cum terrarum dominia vbique erant vsitata, mos terras devictas inter singulos distribuendi cessabat, et sortes illae in oblivionem abibant. Nihilominus tamen sub Carolingicis bella diuturna populum ad illa subeunda paratum desiderabant. Quare nunc Carolus M. nova militandi disciplina instituta militaris obsequii officium in singulos mansorum possessores dispersit, ita vt tam alodibus, quam beneficiis, et honor et obligatio eiusmodi officii adhaereret a). Regum igitur interesse, et ratio germanorum status in eo praecipue conspirabant, vt bona immobilia, quantum fieri poterit solis masculis manerent, qui et foeminis in terrae possessione hinc et inde praeferebantur a legislatoribus. Quod vero caeterum est, *aevo etiam Carolingico bonorum auitorum alienatio, indiſtincte libera et irreſtricta fuiſſe videtur*.

a) Ca-

a) Capit. ann. 807. C. I. apud Georgisch. pag. 733.

§. 7.

Nihil interea iam ipso aeuo Carolingico liberorum bonorum possessoribus magis poterat molestia esse quam exercitum sequi et rura paterna relinquere. Inde tandem veniebat, vt reges, quorum Heribannus fere nunc semper sine effectu manebat, systema feudale quam maxime adiuuabant. Henricus I. quidem et eius successores nonnulli, praecipue Otto II. et Henricus II. Heribanum iterum restituere voluisse videntur, sed uti nos docet historia haud felici cum successu. Saeculo denique XI et XII. quodcunque Heribanni vestigium frustra quaeritur, quippe cum nemo nisi feudo praeditus ad expeditiones bellicas in regula erat obstrictus et procliuis.

§. 8.

Haecce militiae Germanicae mutatio, multa etiam in allodiorum conditione mutauit. Cum enim officium militandi Vasallis solummodo incumbebat, alodia vero ab illo erant immunia, nihil obstabat, quin etiam foeminae

nae nunc ius haereditarium in bona haereditaria seu auita quod antea saltim non ubique habuerint (§. 5.) facilius possent consequi, praecipue cum clerus, romanis iam legibus, moribus et consuetudinibus imbutus a) omnem nauabat operam b), vt foeminis, a quarum liberalitate copiosiorem messem sperabat, cum fratribus par ius succedendi in bona auiatica concederetur.

a) Du Bos Histore critique de l' etablissement de la monarchie francoisse dans les Gaules a Amsterdam 1735. L. VI. Ch. 3. T. III. p. 328. Adrevaldus Flor. L. I. de Miracul. S Benedicti C. 25. Alteserra Rer. Antiquit. L. III. c XII.

b) Form. Marculphi. L. II. Form XII. „Diuturua sed impia inter nos cousuetudo tenetur, ut de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant, sed ego perpendens hanc impietatem sicut mihi adeo aequaliter donati estis filii, ita et a me estis aequaliter diligendi.

## §. 9.

Paullatim inualuit mos, quo filiae in dotem et immobilia acciperent, qui consuetudini secundum quam in bona auita succederent, viam aperiebat, cui etiam

etiam ius mosaicum, quod olim in Germania indroducta christiana religione pro jure diuino positiuo putabatur, inservit, Varia medii aevi documenta nos docent a) filias cum matrimonium inirent fundum aliquem pro portione haereditaria vel accepisse, vel etiam bona paterna cum fratribus diuidisse b) quo accidebat, ut familiarum bona quam maxime distraherentur, et plerumque in aliam familiam transferentur.

a) Tractatus matrim. inter Henr. l. com. Lucemb. et Magar. Barr. de 1231. in Du Mont T. l. P. l pag. 170. n. 322. Henricus Dominus de Lucimbourg – ducere debet in uxorem Margaretam filiam D. Henrici Comitis Barrensis: et item comes dedit filio meo praedicto in maritagio Lineyum et Castellaniam cum dependetiis hominibus et domeniis. Si vero Margaretam filiam comitis sine haerede corporis sui -.mori contingeret, terra praedicta ad Comitem et haereres suos rediret:

Urkunde Dietrich von Isenburg von 1328. in Fischers Geschlechtsregister der Haeuser Isenburg, Wied und; Runckel n. 98, pag. 112. „Dis vorgenannte Guth han wir gegeben und versegt als is davor geschrieben ist, zu einer Mitgaben Herrn Herrmann von Helfenstein unsern Eidam und unsern Enkelin von 200 Mark

gute

Will-
gute Pennigh. eod n. 110. Diplom. helm de Catzenelnb. de 1306. p. 33. de consensu Lutteri sorori nostri de Ysenburg, Bruncnem de Brunsberg Generum nostrum et Heylewigam filiam nostrum Collateralem ipsius super bonis nostris in Wissenbach dotavimus et dotamus.

b) *P. Calmer* Histoire eccles. et Ciuile de Lorraine T. II. col. 515. Econtra praefatus Dux Lotharingiae promisit pro se et ill. D. Margaretha uxore sua quod — cum Elisabeth filia sua, si quidad eam ex bonis paternis et maternis eis decedentibus, jure successionis debuerint provenire siue boua illa censualia fuerint, siue emta, siue ad eos iure haereditatis seu successionis processu temporis et aliis devolui contigerit, siue eos jure *proprietatis* respiciant, sive feudi et alia omnia bona ex quibus praemissis secundum jus et consuetudinem locorum et terrarum, in quibus sita fuerint bona illa habere dicariam debuerit percipere portionem ita qucd ipsa vel haeredes ejus in bouis alterius eorum — penitus succedant et postmodum in bonis alterius postea decedentis de quo et corporaliter praestitum juramentum Praeterea Theobaldus filius suus jurabit et super ea litteras suas dabit quod quando ad hoc deuenerit eis ambobus vel eorum altero extante non debeat eam vel haeredes ejus in portione huiusmodi impedire quin ipsum in bonis paternis et maternis et de jure contigerit et ad procurandum

per

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0019-9

per eundem filium suum huiusmodi juramentum ipse per suum tenebitur, quod praestitit damnum.

*Lunig ſpicileg ſecular. P. III. pag, 326.* Fundatio Monast. Kaisersheim de 1119. Benno et Richovius ſratres hoc castrum consentiente Berthede sorore, olim latronum speluncam in domum precationis statuerant.

*Sattlers Geſchichte des Herzogthums Würtenbergs* B. II. Beyl. N. 22. S. 49.

Compositio inter Eberhardtum Comitem de Wirtenberg ejusque Conjugem ex una et Hessionis Marchionis Badensis haeredes ex altera parte super haereditate Marchionis de dote promissa de 1297. Acceptamus enim quod Castrum *Richenbero* cum omnibus juribus Iurisdictionibus possessionibusque universis quocunque nomine censeantur, nobis et nostris successoribus pro Mille Marcis que pertinent nobis prefate Irmengardi in recompensam hereditatis dotis pro rata bonorum tantum haeredum superscripti quondam Hessionis fraderculi nostri. Nunc demum duximus subjungendum quod libere et processus judiciales habiti hucusque in ipso negotio in ante a illustri natione pluries dicte *Relicte* Hessonis Marchionis ejusque haeredibus non debent esse aliquatenus praejudiciales nisi forte quod non speramus ipsam *Relicta* si quid juris habet in dicto castro nobis recusaret libere resignare et nisi ipsi haeredes

redes cum legitimam majoritatis devenerant ad aetatem omnia praemissa ratificare noluerint, tunc omnis supra narrata ordinatio tanquam non facta et processus et litterae judiciales tam diu pro non cassatis habeantur quam diu ipsa *Relicta* juri suo in dicto castro non renuntiavit et ipsi haeredes in aetate legitima constituti omnia supradicta renuerint ratificare.

Struv. de allod. impecii pag. 593. Wir *Albrecht Herzog* ze *Oeſtreich* und wir *Beatrix* des Purggraf *Fridrichs* von *Nürenberg* Tochter — bechenen, dass wir für uns und unserErben undNachkommen uns verzigen haben und verzeihen und auch wissentlich mit Kraft dieses Briefs, aller der Forderung und Ansprache die uns wegen Beatricen angehört und angefallend wards von vetterlicher und *mütterlicher* Erbschaft wegen zu allen ihren Landen, Herschaften, Lehnen und Aygeu wo die gelegen oder wie die genannt sein. Es wars dann, ob der hochwohlgebohrne Unser lieber Vetter und Schweher Purggraf Friedrich von Nürnberg und seine Söhne abgiengen am Süne, *ſo ſullen wir obiger Beatrix und unſere Erben gleich Erbtheil nehmen* uud *emphahen an allen Landen, Herrſchaften und Gütern als andere ſein Töchter und ſeiner Sohn Tochter nach des Landes-Recht und Gewohnheit zu Franken.* 1374.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0021-6

*Conſtitutio Richarti imper*: de 1258. apud Gold: Constit. Im. T. II. pag 405. Post patris obitum et divisione paternae haereditatis facta filio sine liberis decredenti in feudalibus soli fratres consanguinei, *allodialibus ſorores pariter* ac fratres consanguinei succedunt.

*Preuſchen Succeſſions Ordnung* S. 257. Wir Otto von Eberstein verzihen — dass wir unser Schwester Mann Rudolph dem Marggraven von Baden und unser Schwester Kunigunde seiner Würthin für seine Ansprache, als unser vorgenannte Schwester an Uns hatte oder haben möchte um solch Guth, das uns anerbtc von Vater und von Mutter, den Theil der Burge des alten Ebersteins den unser Vetter Simon von Zweybrükken — erhatte, gegeben hate, on alle Geferde 1283.

Ius Provinc. Alem. C. 285. in Corp Iur. Germ. Vol. II. T. I. pag. 337. Und stirbet eiu Mann und läst Sön und Töchtern hinder im, und lesset Eygen hinder im, do er nicht mit geschaft hat. Die Kind seyen ausgesteuert oder nicht, sy solldnds das Aygen mit einander theylen.

*Kaysserrecht* Th II. c. 13, I. c. V. I. P. I. pag. 27. Der Kayser hot die Kind med dez Väter Gute geerbit und hatſy damit gewaret.

*Wurſter Landrecht* Art 9. §. I. Schwester und Brüder erben in allen Fällen gleich.

*Statut provincial. Herzog Wilhelms* von Iülich 1755. tit. von Erbschaft Daſs unter

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0022-1

unter denen so von der Ritterschaft synd, denen Söhnen nur das Haus zum voraus gebührt, im übrigen aber die *unverziehenen* Töchter oder Schwestern *gleich* und wenu keine Brüder vorhanden, die Töchter alles alleine erben.

Lunig C. I. F. T. 1. pag. 1455 et 1471.

*Gudeni Cod. Diplom. Anecd.* T. III pag. 87. Nos Arosius D. de Bruberg et D. Gisela Conjuges legitimi tenore praesencium recognoscimus publice profitendo, quod nob. vir Philippus de Falckenstetn D. in Minzenberg junior mei Gisele frater de pecunia michi Gisele praedicte ad nobilem virum quendam Reymboldum C. de Solsmc. dotis nomine promissa, super cujus pecunie parte inter nos dissensio et impeticio fuerit aliqualis, complete et integre nos pagavit et plenissime solvit. Et propter hoc renunciavimus et renunciamus libere et expresse super omnia bona patrimoniala, proprietaria, haereditaria iax etiam mobilia quecunque, que dictus Philippus possidet, hactenus et possedit. Ita quod nobis et nostris liberis a predicto Reymboldo et mecum Gisela genitis contra pred. Philippum et suos haeredes pro dictis bonis patrimonialibus quocunque nomine censeantur, nulla actio vel impeticio unquam competit vel competere debebit 1313.

## §. 10.

Absque dubio et ius romanum huic successioni *indirecte* dedit occasionem. Quamquam enim me non fugit, ius istud Saeculis XI et XII. in Germania nondum fuisse sancitum, in aprico tamen est, Iuris illius vestigia iam in antiquissimis Germanorum legibus inveniri, cum a primis annis a Clero observabatur qui in negotiis civilibus adhibebatur, tam ut iura suppeditaret, quae ignorabant alii, quam ut gesta et acta scriberet, quibus regimen negotiorum illi fere cederat a); adeo reges et imperatores iura peregrina quam maxime coluisse videntur, vti Henricus V. nos docet, qui anno 1118. Irnerium secum duxit Romam, vt ibi iura sua defenderet.

a) Petrus Damiani Epist. XV. ad Alexandrum II. T. I. Opp. pag. 12. „Ecclesiarum reges tanto mundanae vertiginis quotidie rotantur impulsu, ut eos a saecularibus barbirolium quidem dividat, sed actio non discernat, nec sacrarum meditantur eloquia scripturarum sed scita legum, et forense litigium. Multitudini sacerdotum non sufficiunt tribunalia iudicum. Et aulae regiae tum clericorum ac Monachorum evomunt turbas, brevitatis suae conqueruntur augustias. Clausra

sra vacant, evangelium clauditur et per ora ecclesiastici ordinis foreosia iura decurrunt.

§. 11.

Haecce vero consuetudo omnino familiarum nonnullarum splendorem quam maxime conturbabat. Nam tametsi ab alodibus quidem servitia militaria non praestabantur, vita tamen militaris nunc ex nexu feudali orta haud modicos poscebat sumtus, unde Germaniae principes et nobiles partim alerent magnum comitatum, partim sustentarent arma. Nihil magis itaque illis poterat curae cordique esse, quam familiarum bona servare, quippe ex quibus solis unusquisque ex sua parte bellicas necessitates suppeditare debebat. Ut itaque bona paterna penes masculos solos conservarentur, principio filiae, cum matrimonium inirent, disponebantur, ut dote portioni suae haereditariae congrua in uummis accepta, essent contentae a). Sed haecce cautela tantum ad tempus applicari poterat, praecipue cum crescente in diem pretio rerum et diminuto pecuniae valore, dos illa pecuniaria non augebatur. Mox filiae a iudicibus romanizantibus et doctoribus inductae,

dote collata, partem suam haereditariam defunctis parentibus sollicitabant.

a) *Fiſcher Geſchichte der Erbfolge der Seitenverwandten. p. 86. pag. 212. 238.*

§. 12.

Nunc tempus aderat, quo a nobilitate Germanica erat efficiendum, ne alodiorum honor et praerogativa, occumberent, et cum illis familiarum splendor periret. Notum est enim omnibus, familiarum honorem ac dignitatem non commodius quam per opes et diuitias conseruari posse, quippe quae his deficientibus vilescit; notum erat paupertatem, nobilem vilem facere, et genus et virtutem nisi cum re, alga viliorem esse; notum denique erat Familias non per filias, quae sunt huius caput et finis, sed per filios conservari. Quare vi *autonomiae* a) sub qua jus *de rebus privatis ad familiam ſpectantibus, tam de perſonis, quam bonis leges privatas, publice tamen valituras, condendi* intelligo, diversimode hac de re a nobilibus allaboratum, et enata sunt innumerabilia in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0026-4

in Germania pacta gentilitia, uniones familiarum, et aliae leges pragmaticae, quibus res domestica nobilium maxime quoad alodia avita arctius determinatur et clausulis novis munitur. Plurima vero familiarum pacta istis praecipue temporibus sunt enata, b) ubi proceres Germaniae omnibus ex viribus laborabant, vt superioritatem territorialem in istis provinciis, quarum fasces olim ex mandato regis tenebant, sibi acquirerent. Ex qua quidem re ni fallor argumentari licet superioritatem territorialem medio aero haud satis stabilitam, nobiles praecipue eo movisse vt pactis gentilitiis, possessiones amplificarent, iis amplificatis autem majori cum effectu authoritatem caesaream debilitarent. Quid? si fontem juris succedendi hodie inter illustres vsitati potius in mutato jure publico medii aevi, ac in condomino antiquissimo somniato quaereremus.

a) *Henricus Herſemeier* Diss. de pactis gentilitiis familiarum illustrium atque nobilium Germaniae ex rationibus autonomiae earundem familiaris privatae, strictim atque unice diiudicandis vulgo *von den in der Privat Familiengeſezgebungsfreiheit haupt-*

*hauptſächlich begründeten Haus und Stammverträgen des hohen und niedern teutſchen Adels. Mogunt 1788.*

*Pütter Litteratur des deutſchen Staatsrechts. Th. I. § 16. n. 9. S. 40.*

*Maiers* Autonomie. St. II. S. 238.

*Biener Beſtimmung der Kaiſerlichen Macht, vollkommenheit in der teutſchen Reichsre-*

b) *Iohann Daniel Reiche Chronologiſch ſyſtematiſches Verzeichniſs zur Erläntering der teutſchen Fürſten Rechts.* gehörigen *Urkunden Bükeburg 1785.*

## §. 13.

Inter illa pacta praecipue se disinguunt *Fideicommissa familiae*, *quae ſunt dominium in bonis familiae genti in vniuerſum competens*, *cujus tamen plenarium exercitium ſeu poſſeſſio utilis uni duntaxat membro illius per modum uſusfructus Germ: ita relinquitur ut alienationis et deteriorationis cujuscumque facultas prorſus eidem auferatur*, *ſed bona potius perpetuo familiae quoadſubſtantiam conſervanda ſint*, *quibus* inseruiunt *renunciationes filiarum* ita sic dictae, quae quidem in eo consistunt, vt *filiae accepta congrua dote haereditati paternae ſaepe etiam fraternae*, *maternae etc. in favorem et conſervationem familiarum renuncient.* Re-

Renuntiationum harum vero origo indubie in ſine saec. XII. quaeritur Interea *Fiſcher* probat renunciationes hasce olim oretenus tantummodo fuisse praestitas a).

a) *Geſchichte der Erbfolge. II. Th. p. 80 et 93.*

§. 14.

Diu vero multumque huc usque disputatum est, utrum hae renunciationes partes sint iuris romani an Germanici, et ex quibus principiis sint diiudicandae. Praecipue quaestio supra exposita (§. 1.) multis disputationibus ansam dedit. Sane et hic regulae applicari posse videntur: *In quibus causis concordantia unionum, pactorum familiae, statutorum caeterarumque* LL. *familiarum cum usu et stylo recentiori docet, ab avita in his rebus obſervantia neutiquam diſceſſum eſſe, in iis moribus, et obſervantiae ſimplici magis quam ſcrupulis et apicibus jurium peregrinorum deferendum est, nec eiusmodi cauſae ad normam horum jurium examinandae, interpretandae, vel dijudicandae sunt. Ubicunque vero liquido demonſtrari poteſt, rem allodialem ill. et nobilium jure peregrino, a priſtinis majorum placitis di-*

*vortium feciſſe, nobilesque relicta illa avita obſervantia novum velamentum quoddam ad amussin hujus peregrini juris efformasse, pactaque, ſuas uniores, et teſtamenta juxta hanc compoſuiſſe, dubio caret, usui et applicationi jurium ejusmodi peregrinorum prae obſoleta obſervantia palmam deferendam eſſe. Denique ubi obſervantiae antiquae juriumque peregrinorum amicabilis quaedam conſociatio et commixtio deprehenditur (§. 5.) ex utroque quantum fieri commode poteſt interpretatio, judicium et applicatio formandae ſunt.*

## §. 15.

Priusquam et ego opinionem meam de hacce controversia proponere periculum facerem, nonnulla praemittere volo argumenta. Bona quam primum a patre adquirente iure hereditario transeunt in familiam, *bona avita* evadunt, quorum alienatio regulariter non est vetita a), (§. 6.) Bona quae alio quam hereditario familiae iure parta sunt, *acquisita*, bona vero, quorum dominium tam quoad alienationem, quam successionem restrictum possidetur, *fideicommissa* nominantur b). (§. 14.) Exinde iam patet, praesumtionem esse vanam et nul-

nullo firmo stare, *daſs alle Stammgüter* ipso iure *ſtillſchweigende* Fideicommissa familiae *ſeyen*, siue quod idem est, *daſs alle altväterliche Stammgüter die fideicommiſſariſche Eigenſchaft haben* c). Bona enim avita non simul sunt bona fideicommissaria, licet hodie vice versa bona fideicommissaria semper quoque bona stemmatica esse soleant. Bona aviatica, plerumque quidem per successionem iis obtingunt, per quos stirps servetur; bona fideicommissaria vero habent inalienabilitatis conditionem d).

a) Io. Ferd. Guil. Brandt Diss. de natura bonorum avitorum vulgo *Stammgüter* iure Germanico in dominio minus pleno consistente atque inde sumenda interpretatione fideicommissis familiae. Marburg 1746. recuſ. 1791. §. XIII.

b) I. Chr. Richter l. c. C. III. §. 1. p. 65.

c) *Cramer Wetzlariſche Nebenſtunden. Th. XVIII. pag.* 78. inquit. „*Wenn ein allgemein adeliches Herkommen wärr. daſs die uralte Stammgüter, darinnen niemahlen* specialiter *ein* Fideicommissum *conſtituirt nicht alienirt werden möchten, ſo wäre kein* nobilis *am ganzen Rheinſtrom auch in Schwaben und Franken, welcher die Macht hät-*

*hätte ein einziges Guth zu adquirireu oder zu alieniren, ſo lange noch jemand von Mannsſtam übrig iſt. Ein gleiches gielt* de renunciationibus filiarum nobilium *Weil ſolche in allen daſigen Familien bekannter maaſſen üblich und gewöhnlich ſind. Dahiugegen wir aber ſehen, daſs dergleichen* alienationes bonorum avitorum vel per actus inter vivos vel per ultimas voluntates *täglich vorgenommen, und* pro validis *iudicirt werden*, adeoque non sufficiunt hominis coniecturae ad inducendum pdeicommissum, sed illae a lege receptae et adprobatae esse debənt, ita vt à maioritate vel paritate rationis procedere liceat.

Cramer obs. iur. univers. T. I. p. 945.

d) D. Bodmann *Erläuterung des Begriſs Stamm- und fideicommiſsgut, nebſt denen davon unmittebar abhangenden Rechtsfolgen (T. III, des iuriſtiſchen Magazin von Roſtok).*

## §. 16.

In bona avita foeminae succedebant mox antiquissimis temporibus tantummodo deficientibus masculis mox etiam iis praesentibus quamquam haecce successio renunciationibus restricta erat. In bona acquisita antiquissimis temporibus succedebant foeminae in fideicommissa vero (vt ita di-

dicam conventionalia) non nisi extincta stirpe masculina ex natura fideicommissorum succedere poterant. (§. 13.) At vero observes necesse est, doctores saepius bona avita fideicommissis confundasse. Ita enim fideicommissa ex iure romano introducta *legalia*, illa vero, quae ex necessitate mere politica pactis et clausulis muniebantur, *alodia avita* nominarunt. Quae quidem confusio absque dubio confusionem normarnm decidendi in successionum caussis nobilium procreavit. Interea bona avita et neo adquirenda et adquisita, omnino etiam ad augendum fideicommissi corpus praeter feuda possunt referri, si existentibus filiabus earum renunciatio accedit, a).

a) Cramer opuscul. T. IV. opusc. VII. §. 21. Einsdem *Wetzlariſche Nebenſtunden*. Th. XVIII. *obſ. 4*.

§. 17.

Variant vero formulae renunciationum in pactis gentilitiis, tam ratione ordinis succedendi, quam ratione bonorum renunciatorum. Ita priori pri-

ori

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0033-3

ori respectu noui renuuciationes a): *Auf Abſterben der Brüder ohne Leibeserben — auf Abſterben derſelben ohne männliche Leibeserben — auf Erlöſchung der ganzen männlichen Abkunft der Brüder — auf Vorbehalt der geſezlichen Erbfolge in die Güter des lezten Bruders, wenn ſolche den Schweſtern oder Nachkommen, nach Erbgangrecht zufallen — bis auf den ledigen Anfall.* Ratione bonorum renunciatorum obveniunt formulae: *auf die väterliche mütterliche und ſonſt im Lande (im Hauſe) angeſtorbene auch hernach anffallende Erbſchaft, auf die väterliche, mütterliche und vetterliche Erbſchaft — auf das vätterliche, mütterliche und brüderliche Erbe und was ſich sonſt für erbliche Anfälle in den Hauſe begeben möchten — auf die väterliche, brüderliche und vetterliche auf alle andere An — Neben und Zufälle ſo viel von dem Hauſe N. herrühren, vorjezzo und künftig — auf alle väterliche, mütterliche, brüderliche, ſchweſterliche und vetterliche Erbſchaft und Anfälle und alle nachgelaſſene Güter, ſo von denen N. oder ſonſten herrühren, wie ſolches bey dem Hauſe N. allwege gebräuchlich geweſen — an keinerley Erbſchaft, väterliche, mütterliche, anherrliche, anfräuliche, brüderliche, ſchweſterliche und ſonſt alle und jede andere Bey — An und Nebenfälle, wo*

*und*

*und wie die Sippſchafts und Geblüt's halber herrühren, wachſen und ihnen zufallen würden oder möchten, Anſpruch zu machen.*

a) *Eſtors bürgerliche Rechtsgelahrheit der Teutſchen. Th. II. §. 3208.*

## §. 18.

Omnes hae renunciationes sunt strictissimae interpretationis a) et secundum verba intelligendae ita, ut sub voce *ererbte Güter* non intelligantur *erworbene Güter*, sub acquisitis a principe vel comite, non etiam comprehendantur adquisita a comtissa vel foemina principe etc. b). Renunciatio vero *bis auf den ledigen Anfall* mea quidem sententia eam vim habere videtur, ut filia nequaquam in perpetuum sive a paternis bonis sive etiam cognatorum successione exclusa esse debeat, sed pariter hisce, in casu deficientium masculorum succedere et simul etiam ex horum haereditate bona vel portionem quibus renunciauerat ut praecipua ei habere liceat. Hancce sententiam exinde fluere contendo. Olim et praecipue medio aevo filiabus una cum fratribus par ius competebat sucedendi in praedia paren-

rentum haereditaria et adquisita, vti ex eo potest concludi, cum illo tempore foeminae praedia in possessione habuerint. Utrum vero haecce successio irruente iure romano, an sublata veteri militandi disciplina orta sit an origetenus juris patri fuerit (§. 8.) parum inter est scire, sufficit id obtinuisse. Quamdiu vero filiabus ius competebat in praedia paterna succedendi, tamdiu non nisi earum consensu id illis auferri poterat. Maiores nostri huius inuiolabilis principii bene conscii, renunciationes introduxere. Finis vero harum renunciationum et causa impulsiva certe, uti liquet, nulla erat alia, quam vt bona masculis acquirerentur, ex quibus familiae dignitas auctior atque illustrior redderetur. Adeo quidem vt si existentibus masculis renunciatio a puella interposita, licet familiae favor expressus non deprehendatur, ea tamen dantaxat in masculorum commodum facta censeatur. Hoc etiam exinde sequitur, cum renunciationes in favorem fideicommissorum plerumque praestari solent, quae unice ad familiarum conservationem tendunt.

a) Friese de restricta renunciationum interpretatione.
Ph. Knippschildt de nobilitate G R. I. immediata. L. III. C. XII. n. 338. p. 175.
b) Gebhard Reges francorum Merovingic: docum. autor. asserti Luneburg 1736. pag. 36. 66. 95. 134. 135.
Struv Iurisprudentia heroica. P. II. C. IX. Sect. I. §. 37 – 65.

§. 19.

Quae cum ita sint, et finis, extincta masculorum stirpe omnino cesset, cessare etiam debet renunciationum effectus. Renunciatio nempe a filia facta, deficientibus masculis, pro non facta habetur, unde etiam cum *regressus reservatione* renuncians, si ante masculos decesserit, ius hoc reservatum ad suos haeredes transmittit, licet ultimus defunctus filias reliquerit. Pactis domus aliam successionem introduci filiasque accepta congrua dote haereditati suae sine reservatione renunciare posse, me non dicente, liquet, non necesse igitur est, vt moneam, ista argumenta tunc tantummodo applicari posse, si pactis aliis et gentilitiis *legitime* initis non contradicant.

§. 20.

Huc accedit, vt soror, si etiam ius suum sibi haud reservaverit, de-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0037-5

functo fratre et deficientibus huius filiabus, ius haereditatem eius consequendi eo ipso habeat; si itaque renunciatio *bis auf den ledigen Anfall* nihil aliud inuolueret, quam vt saluum sit sorori ius succedendi in casu, quo frater absque descendentibus masculis et filiabus defunctus est, omnino frustranea foret reservatio ista. Sed reservatio *bis auf den ledigen Anfall* non comprehendit successionem fraternam ita vt filia renuncians ea potiatur, cum frater absque descendentibus mortuus est, sed eam ipsam paternam portionem vel maternam etc. comprehendit, quam filia, mediante renunciatione fratibus cessit. Succedit filia, vt aliis verbis vtar, non vltimo defuncto, sed primo adquirenti, quare nec ultimus defunctus de parte renunciata in damnum filiae renunciantis disponere potest. Ex his omnibus fluit conclusio iusta: RFNVNCIATIONE SIMPLICITER FACTA *bis auf den ledigen Anfall* SI FRATRES QVI PACTI TEMPORE EXISTEBANT, NVLLIS MASCVLIS SED TANTVM FILIABVS RELICTIS DECESSERINT, IN PORTIONE, QVAM FRATRIBVS CESSIT, FILIAS HAS AMITAE RENVMCIANTI NVLLO MODO IMPEDIMENTO ESSE POSSE a).

Cramer. T. IV. opusc. pag. 108.

G. H. Linck consilia. Alt. resp. 205.

de Ludewig *in gelehrten Anzeigen*. T. I. p. 808.

F. C. Harpprecht Diss. de regressu ad bona ab illustribus; praecipue filiabus renunciata. Tubing. 1711.

Frommann Diss. cit. 8. L. XI.

Kellenbenz Diss. cit. Qnaest. XIX.

§. 21.

Refutare videtur hancce sententiam Pütter a) sequentibus argumentis: I) Aliud esse ius, aliud esse ordinem succedendi. Si de iure succedendi agitur, hoc immediate a solo primo adquirente proficitur; sin de ordine successionis, omnino ultimi possessoris ratio habenda. Nam licet ius per pactum et providentiam maiorum generatim omnibus posteris adquisitum sit, ipsa tamen possessio bonorum ordine quodam ab altero in alterum devoluitur. II) Imo nisi hunc succedendi ordinem admittere velis, maxime incommodum foret, bona saepissime ab altera linea ad alteram transferri, id quod conservationi familiae haud profecto conueniens est.

III) Quod caeterum filiae abdicunt se suo haereditario iure, vulgo renunciant haereditati avitae, licet ius nullum, quod cedere possent, habeant. Sed periculum faciam, vt haecce argumenta a viribus suis suspendam.

a) De iure foeminarum adspirandi ad fideicommissa familiae. §. LXVI. cit.

§. 22.

Quod ad primum attinet argumentum, satis abundeque constat, moribus Germanis, successionum ius commune pactis variis immutari posse, et si varia pacta nobilium gentilitia respiciamus, saepissime mutatum esse. Concedo igitur, in regula ordinem succedendi secundum ultimum possessorem defunctum computari debere, hancce regulam vero etiam excidere, si pacta familiae vel eius observantia aliud disposuerunt. Sane vi huius regulae filia renuncians olim una cum fratribus par habuit ius sccedendi in *bona avita* (§. 5. 9.) de iure suo autem in favorem familiae decessit, et id sibi *bis auf den ledigen Anfall* reservavit, hoc eueniente itaque sermo esse non potest de ordine succedendi iure com-

communi usitato, quippe qui pacto renunciativo reservativo (si barbare loqui licet) est immutatus. Persuasum habeo nullum esse, qui ignoret, ordinem succedendi communem, unionibus, confraternitatibus, divisionibus, *Mutſchierungen* et aliis pactis gentilitiis quibus maioratus, minoratus, primogenitura est introducta, quam maxime immutatum esse; quid obstat ergo, quin etiam renunciationibus ille ordo possit interrumpi? Quod ceterum est, mea quidem opinione ordo succedendi a iure succedendi non facile potest secerni, saltem unum absque altero consistere nequit. Sit autem, vt aliqna differentia inter *ordinem et ius* succedendi obveniat, omnino tamen ordo succedendi ab illo incipere debet, cui succeditur. Quis vero est, cui exstincta stirpe masculina succeditur? *Putter* ipse id praeclare sequentibus docuit:

> Quod quam primum deficiunt omnes a primo adquirente progeniti mares statim omnibus eiusdem familiae foeminis sit ius adspirandi ad bona avita, sive in illis succedendi, quod a solo primo adquirente in eas promanat b).



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0041-7

et ego consentio simulque vero contendo, ordinem succedendi etiam in hoc casu uon ab ultimo defuncto sed a primo adquirente, eo nempe, cuius haereditati fuerit renunciatum, esse deducendum. Me quidem non fugit Putterum in tractatu jam pridem allegato praecipue de fideicommissis familiarum tractasse ad quae in regula foeminae adspirare nequeunt, ita vt forsan explanatio mea plane inutilis evadere posset. At perpendas quaeso renunciationes plerumque ea ex causa fieri, ut fideicommissum objective sumtum, sub quo intelligo *dominium, tam quoad alienationem quam successionem restrictum augeatur.* Quod si fit in aprico quidem est, foeminas post fidéicommissum constitutum natas, neque in fideicommissum succedere neque ob deficiens jus successionis renunciare posse. At quis istis filiabus negabit jus succedendi in bona paterna, qui existebant priusquam fideicommissum cum earum consensu erat confectum? Hae itaque filiae quae ante fideicommissum constitutum in masculorum commodum renunciarunt, bonis paternis *bis auf den ledigen Anfall*, recte adspirant etiam ad fidei commissa, quae

quae exstinctis masculis eo ipso tam quoad nomen quam quoad effectum concidunt.

a) *Pütter auserleſene Rechtsfälle. T. I. p. 90.* Disput. de I. feminasum adſpirandi ad Fideicomm. C. III. §. 22.

§. 23.

Procedo ad alteram Putteri exceptionem (§. 11.) Videor mihi hic iterum replicam in ipsis Putteri scriptis invenisse. Veritate enim infucata proponit *a*):

Sed scias velim, quod non militiae solum favor, sed etiam finis propagandi familiae nominis ac splendoris peperit marium praerogativam. Enimvero masculi patris non matris nec aviae, nec alterius feminae a qua oriuntur, nomen familiaeque splendorem propagant. Potius quum feminae dum nubunt, e familia exeant, statim a successione in bona avita ad illas defertur, prisca haec familia per eas amplius non conservatur; hinc cessante ipsima huius rei caussa, quam primum

feminae succedunt, cessat quoque res ipsa, marium nempe praerogativa.

Si itaque conservatio familiae inter argumenta numerari debet, quae praerogativam filiae ultimi defuncti prae haeredibns regressum sollicitantibus suadent, certe finis iste nullo modo impletur. Nam ni fallor, filia vltimi defuncti est foemina, sicut amita, quae ambo bona avita contractis nuptiis in alienam familiam transferunt, quarum itaque nulla neque nomen neque insigna gentilitia familiae antiquae conservare potest. Certe igitur in conservatione familiarum nullum latet argumentum, quod meae opinioni contrarium esset. Tentat quidem Putter, argumentum suum praecipue in observantia fundare, qua alienatio bonorum et terrarum divisiones prohibitae essent, quae manifesto fierent, si bona inter foeminas proximiores et remotiores essent dividenda. Sed si recte sentio, in iis familiis solummodo alienationes et divisiones terrarum sunt prohibitae, ubi id pacta gentilitia expresse praescribunt, absentibus pactis vero de hac re disponentibus, abs-

abſque dubio observantia generalis vi cuius terrae germanicae haud divisibiles essent, difficile probari potest, praecipue cum historia Saxonica, Thuringica, fata Comitatuum et dynastiorum *Catzenelnbogen*, *Sponheim*, *Sayn*, *Leiningen*, *Salm*, *Manderſcheid* casum in contrario demonstrent a).

a) *Iohann Iacob Reinhardt Abhandlung von dem Erbfolgsrecht der Töchter vor den Stammsnettern. Gieſen 1746.*

§. 24.

Propero ad ultimam Putteri exceptionem. Antiquissimis jamjam temporibus variarum provinciarum leges, successionis ordinem quatenus ad filiarum exclusionem spectabat, varie constituebant. Ita Lex Salica: *de terra Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit*, *ſed hanc virilis ſexus acquirit*, *hoc eſt*, *filii in ipſa haereditate ſuccedunt*. Aliter Lex Ripvariorvm: sed *cum virilis ſexus extiterit*, *foemina in haereditatem aviaticam non succedat*. Aliter Lex Anglionvm et Werniorvm: *Uſque ad quintam generationem paterna generatio ſuccedat*, *poſt quintam autem filia ex toto*, *ſive de patris*, *ſive de matris parte*, *in hereditatem*

*ſucce-*

*ſuccedat.* Aliter Lex Alemannorvm: *ſi duae ſorores absque fratre relictae poſt mortem patris fuerint, ad ipſas paterna hereditas pertingat.* Aliter Lex Baivvariorvm: *ſi maribus, qui nec filios nec filias, nec nepotes ac pronepotes, nec ullum de propinquis habet, ſed in uxorem aut donatione aut teſiamento, ſive partem ſive omnes contulerit facultates, et haec deinceps in viduitate perſiſtit, et memoriam mariti, cum pudicitia caſtitatis obſervat, omniasquae a marito ei ſunt donata poſſideat, et ea, in quem voluerit, pro jure ſuo transfundat. Quod ſi maritus et mulier ſine herede mortui fuerint et nullus usque ad ſeptimum gradum de propinguis et quibuscunque parentibus invenitur, tunc illas res fiscus acquirat.* Lex Wisigothorvm si pater vel mater intestati discesserint tvnc sorores cvm fratribvs in omni parentvm facvltate aeqvali divsione svccedant. Antiquissimis igitur temporibus leges germanicae respectu successionis foeminarum non ita erant uniformes, ut exclusio earum a bonis aviaticis pro universali germanica observantia posset haberi, tametsi in una et altera provincia viguit. Huic accedit: imperatores ex stirpe Carolingica unicuique genti devictae vt legibus suis viveret, per-

permisisse, ita vt Romanus Romanis, Burgundus Burgundicis, Salicus Salicis, Ripuarius Ripuaricis legibus vixerit, ex quo maxima confusio in administranda iustitia exoriebatur, quae irruente iure romano multiplicabatur. Cum itaque successio foeminarum in Germania non ubique erat eadem, saltem cum observantia de exclusione filiarum non ubique omni exceptione erat maior, iam ista variatio (si etiam vim iuris peregrini non attendis) nobilibus, qui omnia familiae suae bona soli stirpi masculinae servare cupiebant, suadebat, vt renunciationes filiarum curarent, praecipue cum olim erat mos, ut Bavarus, si exemplis uti licet, etiam in Alemannia legibus solummodo suis obtemperaret a). Et ius Canonicum renunciationes sustentavit, vti nos locus in corpore iuris Canonici exstans docet b), Si praeterea iura peregrina antiquissimis et mediis temporibus in legislatione teutonica vim suam exseruerunt, quid obstat, quin illa hodie in explicandis variorum iurium institutis adhiberi possent (§. 14.)

a) Schmidt *Geſchichte der Teutſchen. Erſter Theil 3 Buch. pag. 601.*

b) C. II. de pacris in 6to. Quamvis pactum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex civilis, si tamen iuramento, uec vi nec dolo praestito, firmatum fuerit ab eadem omniuo servari debebit. Cum non vergat in aeternae salutis dispendium, nec redundat in alterius detrimentum.

§. 25.

Iam aliis armis opinionem meam impugnat Fischer a) qui praeterea historiam renunciationum egregie illustravit: *Der Geiſt der alten Stammfolge überzeugt uns von der Unrichtigkeit der Meinung, daſs bey Augang des Manusſtammes alles verziehene Töchter oder ihre Nachkommenſchaft zugleich zur Erbfolge berechtiget waren, welches man beſonders in der leztern Bayeriſchen Erbſtreitigkeit wiederholt behaupten wollte. Auch in der Geſchichte ſieht man kein ächtes Beyſpiel, daſs jemals den Weibern auf dieſe Art wäre der Rückgang geſtattet worden. Denn dieſes konnte nach der Natur der Stammfolge nicht geſchehen, weil immer die nächſte Linie der entferntern vorgieng und in jeder Linie derjenige wieder vor dem andern den Vorzug hatte, der am nächſten vom Stammvater des Erblaſſers abſtand. Da nun dieſes die allgemeine Erbordnung geweſen iſt, und auſſer ihr, und das getheilte*

*Stamm-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0048-6

Stammgut ausgenommen, keine andere exiſtirt hat; ſo muſs ſie auch bey dem Regredienterbrecht der Tochter angewendet werden, und demnach zuerſt die Tochter des lezten Beſizzers, die deswegen in alten Urkunden Erbtochter genennt wird, ſuccediren, und dann trift die Reihe die übrigen Verzichtgeleiſteten Verwandtinnen nach Ordnung ihrer Linien und nach der Nähe des Glieds in eben derſelben Linie. Gleichwie die Agnaten in der Stammfolge eine gewiſſe Ordnung beobachten müſſen, eben ſo muſs es auch von den Verzichtstöchtern geſchehen, und es thut nichts zur Sache, daſs jezzo der Fall, worauf ſie ſich ihr Erbrecht ausdrücklich vorbehalten haben, nehmlich die Erlöſchung des Mannsſtamms, vorhanden iſt. Denn die Agnaten hatten ebenfalls vermöge der Abſtammung gleiche Codomanialrechte, und doch können ſie den würklichen Beſiz nur in einer gewiſſen Ordnung erlangen. Ferner bedenke man, daſs die lezte Tochter vermöge ihrer Abſtammung nicht nur eben die Anſprüche mit jeder Regredienterbin zu machen hat, ſondern auch noch vorzüglichere Rechte, weil ſie ſich mit dem Erblaſſer in näherer ſamt eigenthümlicher Verbindung befindet, dagegen die Regredienterben, ſo wie ehemals auch die Agnaten, nur entfernte ſamteigenthümliche Anſprüche zu machen haben.

a) Ge-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0049-5

a) *Geſchichte der Erbfolge der Seitenverwandten. p. 73.*

§. 26.

Si etiam Fiſcheri inductiones, de originario *condominio*, et de ſucceſſione ſtemmatica nullis exceptionibus eſſent obnoxiae, neutiquam ex his praemiſſis, extincta ſtirpe maſculina, ſequeretur excluſio amitarum, quae ſibi haereditatis portionem ceſſam reſervarunt, per filias ultimi defuncti. Sit enim, ut vi ſucceſſionis ſtemmaticae (quod in praeſente propius indagare non licet) ita ſuccedatur in regula uti Fiſcher affirmat; magnum tamen diſcrimen reperitur inter ſucceſſionem legalem et pactitiam, quae illam ſaepius mutat, ita ut ambo neutiquam confundi debeant. Renunciationes filiarum autem manifeſto efficiunt ſucceſſionem pactitiam, praecipue ſi nonnullae reſervationes accedunt. Quare earum ius ſuccedendi ſolummodo ex pacto, neutiquam ex principiis ſucceſſionis communis diiudicandum eſt, uti iam probavi (§. 22.). Quod ceterum ſucceſſio agnatorum cum ſucceſſione filiarum renunciantium *bis auf den ledigen Anfall* non ubique comparari debet, quippe

quippe quibus vel in haereditate renunciata tempore renunciationis nullum ius competebat succedendi, vel quibus pacta domus si existunt, vel ius sanguinis alium ordinem succedendi praescribunt. Filiae ultimi defuncti ius succedendi in haereditatem paternam, in casu, quo amita renunciatum regressum petit, neutiquam denegatur, sed mea quidem opinione plus tantummodo quam ipsius pater habuit, adipisci haud potest. Pater vero istam tantummodo partem bonorum avitorum in *pleno dominio* habuit quae iure haereditario ab avitis in eum devolvebatur, non vero istam, cui amita sub reservatione regressus renunciavit, quippe in qua amitae eiusque haeredibus semper tacitum condominium, extincta masculina stirpe, revivicturum competebat. Condominium tandem et praecipue, uti a Fischero expingitur, et dividitur in proximius et remotius, perperam tanquam fons succedendi ex L. L. Germ. antiquis eruitur (§. 4.) ita ut magis ex phantasia nonnullorum novorum Doctorum descendisse mihi videatur. Saltem populo, qui adhuc in infimo culturae gradu reperitur, tam excul-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0051-2

tum iurium systema adscribi non potest. Interim aevo seriori communio frugax multorum iurium mater evenit, successionisque multifaria semina sparsit.

§. 27.

Progredior ad *Kerneri* sententiam a) quae meae opinioni maxime favet. Haec in eo consistit: *Es ſtehen folgende zwei Saetze feſt*: 1) *Daſs in Stammguetern die Toechter, wenn ſie auch gleich keinen ausdruecklichen Verzicht geleiſtet, durch den Mannsſtamm ausgeſchloſſen werden, und daſs* 2) *unter allen in Teutſchland geltenden Rechten kein Geſetz begriffen ſey, welches die Succeſſionsordnung nach einer andern Norm als nach der Naehe der Verwandtſchaft mit dem zulezt verſtorbenen regulirte; und hieraus ziehe ich den Schluſs, daſs nach Abgang des Mannsſtamms in Stammguetern diejenige Frauensperſon ſuccediren mueſſe, welche dem leztverſtorben am naechſten iſt* etc.

a) *I. G. Kerner Allgemeines poſitives Staats-Landrecht der unmittelbaren freyen Reichsritterſchaft in Schwaben, Franken und am Rhein.* Lemgo 1786.

§. 28.

Certe hic autor, bona avita a fideicommissis non satis distinguit et uti ex suis reliquis argumentis concludi potest, argumentum hocce cautius proposuisset, si casum quendam respexisset. Fieri enim potest, ut defuncto ultimo masculo, bona adsint, quae certo respectu bona sint fideicommissa et non fideicommissa simul. Pone casum: Caius acquirit praedium H *** feudali qualitate destitutum, quod in fideicommissum transmutare vult. In hoc praedium filiabus aeque ac filiis competit ius succedendi *a*) (§. 16). Ut autem bonum adquisitum fideicommissum eo certius evadat, curat pater renunciationem filiarum *bis auf den ledigen Anfall*, et nunc bonum adquisitum induit patre defuncto naturam fideicommissi (§. 5.) Per se patet a filiabus, quae nunc ex filiis descendunt, renunciationem non amplius desiderari necesse esse, quia in bonum iamiam fideicommissum factum succedere non possunt, sed ex providentia maiorum existentibus masculis per se excluduntur. Exinde simul sequitur, bona, quae ratione ultimi defuncti bona

fideicommissa sunt, non eaedem esse ratione filiarum primi adquirentis, quippe quae iuri succedendi sub reservatione renunciarunt, successionis ordinem igitur, quam *Kerner* sic proposuit: *Wann nun aber der Mannſtamm gaenzlich erloſchen und alſo die Succeſſion dem weiblichen Geſchlecht eroefnet iſt, ſo ſuccedirt dem leztverſtorbenen Beſitzer in den Stammguetern immer diejenige Frauensperſon zuerſt, welche ihm am naechſten iſt, weil nach allen in Teutſchland geltenden Rechten bey der Succeſſionsordnung immer auf den zulezt verſtorbenen geſehen wird. Sind hingegen die Gueter, in welche ſuccedirt werden ſoll, keine Stammgueter, ſo ſuccedirt nach erloſchenen Mannsſtamm die Nachkommenſchaft jeder Verzichtstochter, in denjenigen Antheil der Erbſchaft, auf welchen ihre Stammmutter zum Vortheil des Mannsſtammes renuncirt hat*, summa cum attentione et cautione esse applicandam. Nam uti ex antea deductis sequitur, non semper successio etiam in bonis avitis secundum proverbium. *Je näher dem Sipp, je näher dem Erbe*, potest institui. Secunda Kerneri propositio (§. 27.) refellitur ex supra deductis b).

a) Brandt. diss. cit. §. XIII.

b) Le[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0054-9

b) Legi merentur: I. C. L. Fresenius *Meditationen, für Rechtsgelehrte. Frankf. a. M. 1779. II. B. n. III.*

§. 29.

*Runde* tandem omnes meas investigationes hucusque adhibitas, inutiles reddere videtur a) affirmans: *Man kann nach mehrern Unterſuchungen und Entſcheidungen der höchſten Reichsgerichte die Anſprüche der Regredienterbinnen wohl für grundlos erklären.* Sed qui historiam domorum illustrium in Germania obiter tantum inspicere vult, facile convincitur hancce opinionem observantiae per plura iudicata Iudiciorum Imperii fundatae manifesto contradicere. Nam cum Comitatus *Tecklenburg*, qui 1707. a Solms Braunfels Borussorum regi vendidebatur, defuncto comite *Conrad* per filiam eius Comitibus de Bentheim accrescebat, et, praecipue 1091. Comiti *Adolph de Bentheim* tradebatur; sorores comitis *Conrade* et inter illas sororis *Annae*, quae cum Comite *Philippo de Solms* maritata erat, filius *Conrades Comes de Solms*, propter allodialem comitatum Tecklenburg 1577. contra *Bentheim* litem movit, quae ita in favorem domus Solms Braun-

fels 1686. a Camera imperii decidebatur, ut huic $\frac{3}{8}$ Comitatus *Teklenburg* et dynastia *Rheda*, cum omnibus durante processu perceptis fructibus adiudicaretur, et ut 1689. possessionem harum terrarum adipisceretur. Eodem titulo domus Hassia-Cassel. Comitatum *Hanau Munzenberg* domus *Naſſau* Comitatum *Dietz*, domus *Erbach*, dynastiam *Bickenbach*, et dimidiam partem dynastiae *Breuberg*, domus *Caſtell* partem quandam Comitatus *Wertheim* acquisivit etc. Nec desunt iudicata tribunalium summorum imperii, quae meam sententiam confirmant. Ita praeter illa; quae Meichsner a) Klock b) Gylmann c) Deckherr d) de Ludolf e) hoc respectu collegerunt, noviori tempore in causa *von Adelsheim* et Consort. contra *Tänzel von Trazberg* pronunciavit Camera.

Iovis, 23. Movembris 1714.

*Von Adelsheim Wittib*, *Brigitta Sabina*, *gebohrne von Mugenthal*, *dann weyl. Maria Benigna von Stetten nachgelaſſene Erben und Franz Carl von Bleyleben contra Carl Ignazius Tänzel von Tragberg und deſſen Eheconſortin*, *gebohrne von Mugenthal*; in puncto *eines ledigen Anfalls*: sive *imploranti-ſchen* de rato et mandato cavirender *An-*

*Anwald Schume* sub praes. 3. huius exhibendo *aller unterthänigſte Anzeige nach erloſchenen Mannsſtämmen auf ſeine Prinzipalen zurückgeheuden ledigen Aufalls der Väter und grosväterlichen Allodialerbſchaft* supplicat humillime: pro clementissime decernendo Mandato immissoriali S. C. annexa Citatione solita appon. Lit. A. in duplo.

Fiat petitum mandatum immissoriale S. C. sub poena quinque marcarum auri et Citatione solita.

Martis 17. Aprilis 1725.

*Von Adelsheim* et Consortes contra *Tänzel von Trazberg*, et uxorem, mandati; sive *impetrantiſcher Anwald*, *Johann Albert Schumm* sub praesentato 20 Mart. nuperi reproducendo Mandatum immissoriale S. C. supplicat humillime: pro clementissime reiectis frivolis exceptionibus, eventualiter ex adverso productis, nunc ob non factam paritionem decernendo Mandato arctiori et desuper excitando Fiscali, oppon. Lit. B. et C.

Fiat paritoria in contumaciam cum termino duorum mensium.

Mart. 12. Martii 1726.

*Von Adelsheim* contra *Tänzel von Trazberg* Mandati et paritoriae in puncto



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0057-6

transactionis; sive *impetrantiſcher Anwald Iohann Albert Schumm* sub praes. 18. Ianuarii nuperi, docendo factam insinuationem paritoriae plenae, de 8. October *vorigen* supplicat humillime: pro praevia declaratione in poenam Mandato insertam, et condemnatione in expensas, decernenda Commissione ad exequendum. appon. Lit. B. et C.

Idem in diversoriis monitoriis urget resolutionem.

Fiat nunc commissio *am Ritter Kanton in Franken, Orts Odenwald, die ſollen* autoritate Caesarea *dem Beklagten einen nochmaligen Termin* duorum mensium ad solvendum *anſezzen, in Nichtzahlungs Fall aber Impetranten* executive *zu den Ihrigen zu verhelfen* et hoc quidem sumtibus partis impetratae.

a) Meichsner. T. III. Dec. 1 et 24.
b) Klock Rel. Cam. XXVI. n. 139.
c) Gylmann Symphor. T. IV. vol. 7. P. II. Tit. XVII Vol. 6
d) Deckherr. Relat. Cam. I.
e) de Ludolf T. III. O. 246. et 249.

§. 30.

Quam novissime et quidem d. 10. Mart. 1788. in casu *von Stein zum Rechten-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0058-2

*tenſteiniſcher Regredient und reſpektive Inteſtat Miterben Klägern eines wider die verwittbete Frau Gräfin Maria Anna von Fugger Kirchheim. Beklagte andern Theils*, citationis ad videndum se regredi ad hereditatem renunciatam etc.

*Iſt allen An- und Vorbringen nach zu Recht erkannt, daſs, forderſamſt die Regredienterbſchaft belangend, Frau Beklagtin in Anſehung der Verlaſſenſchaft ihres Vaters Franz Pupillin von Stein zum Rechtenſtein, mit Inbegriff der demſelben von ſeinem Bruder Tiberius bereits abgefallen geweſenen Erbsportion für gänzlich abgefunden zu achten; ſomit Klägere dieſer ſowohl, als der Erbſchaft des Franz Wilhelm und ſeiner Frauen Suſannen von Leiningen, mit Ausſchlieſung der Frau Beklagtin, mit derſelben zugleich aber zum Receſs an die Anfälle von dem Domherrn Franz Wilhelm von Stein Rechtenſtein, zu leztern jedoch, nach dem unter Klägern Ziel und Maasgebenden gemeinen Succeſſionsrechte zuzulaſſen, ſonach ſolche Regredienterbſchaftstheile, ſammt verhältniſsmaſſigen Theilen der vom Todte des leztverſtorbenen* Maſculi *angefallenen* Fructuum *und nach vorgängiger Einwerfung al-*

*les ſeit eingetrettenen ledigen Aufall, von ein oder den andern Theil voraus empfangenen vor allen Dingen von der Verlaſſenſchaft des Maltheſer-Ritters Heinrich Ferdinands von Stein zum Rechtenſtein, als des lezten von Mannsſtamm, abzuziehen nach vorgenommener Berechnung alles deſſen aber, der Ueberreſt als Inteſtaterbſchaft unter die Kläger und Frau Beklagtin in die Häupter in fünf Theile zu vertheilen ſey.*

*Als wir hiermit zu Recht erkennen achten, zulaſſen und vertheilen; die Gerichtskoſten an dieſen K. Kammergericht derentwegen aufgeloſſen, aus bewegenden Urſachen gegen einander compenſirend und vergleichend.*

Satis abundeque igitur ex his sententiis in medium prolatis et *Runde* opinio refellitur.

Legi meretur *Was iſt Rechtens in der Materie von Regretienterbſchaft nach der Praxis der beyden höchſten Reichsgericht.* 1790.

Jena, Diss., 1790-1800

ULB Halle
004 512 12X
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0061-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0062-4

441 9
1792 73

# QVAESTIO
# IVRIS CONTROVERSI

AN

RENVNCIATIONE SIMPLICITER FACTA *bis auf den ledigen Anfall* SI FRATRES QVI PACTI TEMPORE EXISTEBANT NVLLIS MASCVLIS SED TANTVM FILIABVS RELICTIS DECESSERINT, FILIAE HAE, AMITAE RENVNCIANTI IN PORTIONE QVAM FRATRIBVS CESSIT IMPEDIMENTO ESSE POSSINT?

---

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

## CAROLO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

PERMISSV

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

PRAESIDE

D. THEODOR KRETSCHMANN

DEFENDET

D. APRIL. CIↃIↃCCLXXXXII.

GEORG CHRISTOPH ROTH

WEISSENBVRG - NORDGAV.

---

IENAE,

EX OFFICINA STRANCKMANNIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-320797-p0063-9